



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Reges, & filij Regum facti Monachi, Ordinis Cistertiensis. cap. XLIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

cioced post nimiam hereseon pullulationem, ex Boiemia in Germaniam, ad Monasterium Veteris Cellæ, Ordinis Cistertiensis, tanquã in portum, venit, in quo Fratres assidua lectione instruens, reliquit in omnes Psalmos Scholasticam lectionem. Claruit ann. Domini 1415.

Frater Nicolaus, Germanus, Monachus Sanctæ Crucis in Austria, scripsit

Imaginem S. Mariæ, Lib. 3. Nomen Virginis Mariæ.

Sermones varios, Lib. 1.

Frater Nicolaus Salicetus Germanus, Doctor, & Monasterij Bogardi Abbas, scripsit ad imitationem medicamentorum corporaliũ, librum orationum, intitulatum Antidotarium Animæ, excusum Venetijs anno 1517. In octavo, & Parisijs 1552. in 16. & alibi.

Frater Otto, Episcopus Frisingensis, vide in Episcopis.

Frater Philippus, Germanus, Abbas Otterburgensis Diæcesis Vuormaciensis, scripsit

In Cantica Canticorum, Lib. 1.

Sermones de Tempore, Lib. 1.

Sermones de Sanctis, Lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, Lib. 1.

Frater Richardus, de Grandisilua Monachus, Diæcesis Tholosanæ, scripsit Carmen de Laude Clareuallis, quod est in operibus D. Bernardi excusum.

Frater Thomas, Monachus Cistertiensis, eloquentiam Diui Bernardi imitatus, scripsit ad Pontium Claromontensem Episcopum,

In Cantica Canticorum, Lib. 8. Vehementer obstupesco. qui excusi sunt Parisijs, apud Ascensium anno 1521. quo tempore arbitror eum claruisse.

*Reges & filij Regum facti Monachi Ordinis Cister-
tiensis. Cap. XLIX.*



ACOBVS cognomento Fortunatus & felix, cum multa gloria & maiestate regno Aragoniæ, annis 62. mensibus 9. & diebus 9. præfuisset, Maioricam, siue Baleares insulas Saracenis eripuisset; Ordinem Militum S. Mariæ de mercede, sub regula S. P. N. Benedicti, & Cistertiensium constitutionibus, fundasset, febre correptus, rebus humanis omnino renunciat, &

F Cister-

Cisterciensium uellem induit, & de Rege se Monachū, & Religio-
sum fecit, certus ad Populerum cœnobium, quo se loco humari uo-
lebat, reliquam vitam exigere. Sed cum ex Algezira Valentiam
delatus fuisset, ibidem, grauius egrotans, uitam finijt die 27. Iulij,
ætatis suæ anno 72. Christi 1276. & in eodem Populeti cœnobio in
monastico habitu sepultus est. *Marinaus, de Reb. Hisp. lib. 10. circa
finem: & Mariana lib. 14. cap. 2. de iisdem.*

Frater Henricus, Ludouici Crassi Franciæ Regis filius, prædica-
tione Sancti Bernardi Abbatis, primum monachus Claretallensis,
Ordinis Cisterciensis factus, post Episcopus Bellouacensis 53. anno
1161. postremo Remensis Archiep. 49. anno 1163. creatus, in bonis ope-
ribus uitam finijt anno 1177. *Robertus de Monte in suppl. Sigeberti;
uita S. Bernardi, & alij.*

Frater Ferdinandus, Alphonsi I. Aragoniæ Regis, filius mona-
chus primum Monasterij Populeti, Ordinis Cisterciensis, inde Ab-
bas Montis Aragonum, Ordinis S. Benedicti nigrorum, floruit an-
no Domini 1190. 10. *Mariana de rebus Hisp. lib. 11. cap. 19. &
alij multi.*

*De alijs Ordinibus sub institutis Cisterciensium
militantibus. Cap. L.*



Sunt habitus, & cōstitutionibus Cisterciensium Mon-
chorū, & Regula S. P. Bened. militat quidā Ordo
Vallis Colliū, seu Cauliū, sic dictus, quod Monast.
Vallis Caulium sit præcipuum Ordinis Caput, ut
refert Bartholomeus Cassanæus, in Catal. glo. mū-
di, par. 4. confid. 58. & per Priores gubernatur,
suntque nonnulla Monasteria illius in Gallia, ut apud Hedua, &
Sedelocum, ac alibi. Quando autem fuerit institutus, uel à quo, seu
qua de causa, à nemine proditum reperi.

Est, & alius Ordo, qui uocatur Ordo Reformatus S. Bernardi, cu-
ius Ordinis RR. Patres nunc Romæ in Ecclesia Sanctæ Potentianæ
habitant, acciti ab Illustrissimo, & Reuerendiss. quondam D. Ca-
rolo Borromæo, S. R. E. Card. T. T. S. Praxedis, & Archiepiscopo
Mediolanensi, uiuuntque cum magna sanctitatis, & austeritatis opi-
nionē: sed quando exortus fuerit, quisue eius auctor, & an à prædi-
cto Vallis Caulium Ordine discretus sit, explicare non ualeo.

De